

NvK, *Memoriale für seinen Kaplan* (Johann Dursmid)²⁾ zu Verhandlungen mit den Böhmen. Er soll diesen, besonders Johann Rokycana, von der versöhnungsbereiten Haltung des Kardinals überzeugen. Rokycana möge auf die Vorschläge mit einem eigenhändigen Schreiben antworten. Vor einer Unterwerfung der Böhmen könne er, NvK, das Königreich nicht betreten. Die Unterwerfung bestehe in bedingungslosem Gehorsam dem Papst gegenüber. Er müsse vorher Beweise für den Gehorsam besitzen. NvK umreißt seine Haltung zu den Kompaktaten und versichert, nach einer Unterwerfung Milde walten zu lassen. Johann Dursmid erhält Anweisungen, wie er sich während der Reise verhalten soll.

Kopie (gleichzeitig): LONDON, *British Library, Arundel Ms. 458 f. 103^v-104^r*. Zur Hs. s. Hallauer, *Habent sua fata* 48ff.

Druck: Hallauer, *Habent sua fata* 49f.

Erw.: Vansteenbergh 220; Hallauer, *Glanbensgespräch* 63ff.; J. Patočka/P. Floss, *Mikuláš Kusánský: život a dílo renesančního filosofa, matematika a politika, Prag 1991, 191f.*

Memoriale capellani missi per dominum Ni(colaum) legatum.

Dicetis omnibus, quantum cuique affectus sim et quod sim piissimus ad interpretandum quecumque. Nam scio, quod hii sacerdotes, qui modo sunt, successerunt in locum illorum, qui has vanitates introduxerunt et ob hec putantes bene agere sustinuerunt pro doctrina magistrorum suorum multa. Et talis est animus hominis: quando patitur pro aliqua causa, tunc animatur et inflammatur ad amandum id pro quo passus est.

Persuadete quod ex quo deus revocat regnum ad unionem ecclesie Romane quod ipsi divine vocacioni non resistant, quia prevalere non poterunt. Et recipiam eos cum cordis affectu et providebo secundum statum suum et condicionem. Et (m)axime dicatis illi domino et m(agistr)o Jo(hanni) de Rokky(zana), quem audivi eleganter loqui Basilee³⁾, et omnino dicatis ei quod confidat, quia non decipietur. Sed si fugere voluerit, insipienter aget, et ostendite sibi hanc scripturam manus proprie et rogate eum, ut omnino de omnibus ad bonum rei facientibus per scripturam sue manus me informet.

Item rogate omnes, quod non egre ferant me exigere hanc declaracionem, quia facio eam pro bono rei. Timeo enim, quod s.d.n. non permittat legatum intrare regnum, nisi certus sit de obediencia.

Item dicite, quod in compactatis, que allegantur per eos, reperitur, quod obediencia debet prestari Romano pontifici et non reperitur, quod ipsa fieri debeat cum condicione aliqua, sed simpliciter, et hoc effectualiter fieri peto, non verbaliter tantum.

Item dicatis quod nisi fiat certitudo de tali obediencia simplici et pura, non intrabit legatus.

Item di(catis), quod facta subiectione s.d.n. piissime et liberaliter omnia concedet, que fuerint oportuna paci et saluti animarum.

Item di(catis) illis, qui de compactatis multa dicent, quod coram toto mundo clare ostendetur, ita eciam quod nemo dubitabit, hoc esse verum, quod scribo in littera sigillata⁴⁾, scilicet quod nichil concessum ob negligenciam sacerdotum, qui non servarunt illa, que servare debebant, antequam quicquam permetteretur de communione; et habemus manum legati, scilicet Juliani cardinalis s. Angeli⁵⁾, et Johannis Palomar⁶⁾ et

quodcumque est necessarium ad ostensionem huius. Et textus compactatorum⁷⁾ est 30
clarissimus, quod nichil est concessum, nisi precedat conformitas fidei ei rituum in
omnibus communione dempta. Que si quidem conformitas nunquam recepta fuit,
neque hodie servatur.

Item nolite festinare, sed ubicumque secure poteritis, accedite et exigit responsa in
scriptis, que bene et secure educatis et secundum consilia fidelium dirigite vos. Facite 35
librum, in quo omnia scribite, et quando videbitur, avisate d. de Capistrano de singulis
sepe et me etiam mittendo litteras ad Nürembergam vel ad episcopum Ratis(ponen-
sem). Et ante congregacionem, que erit in festo s. Bartholomei (24. August), nolite
redire.

¹⁾ Die Datierung ergibt sich aus dem Auftrag an Johann Dürsmid, das Sendschreiben (Nr. 2664) in Böhmen zu verbreiten.

²⁾ Der Name des Kaplans ist in verschiedener Schreibweise überliefert. Eine in Capistrano erhaltene Originalausfertigung (CAPESTRANO, Archivio dei Minori Francescani, Urk. Nr. 64, s. Nr. 2664) bringt Dürschmit; Raynaldus, *Annales Ecclesiastici* IX 598 transkribiert Dorsenit. NvK selbst scheint die Schreibweise Dürsmid benutzt zu haben (NvK an die Stadt Nürnberg, (1452, nach Okt. 29)): NÜRNBERG, StA, Amts- und Standbücher 31 f. 168^v (Eintragung im Briefeingangregister). S.u. Nr. 2903.

³⁾ Johannes von Rokycana († 1471), Wortführer der utraquistischen Gesandtschaft in Basel 1432/33; vgl. seine Begrüßungsrede vom 10. Januar 1433, ed. Mansi XXX 262-269 und seine jeweils mehrtägigen Redeauftritte zur Verteidigung des Laienkelchs im Januar und März 1433; dazu s. J. Helmuth, *Kommunikation auf den spätmittelalterlichen Konzilien*, in: *Die Bedeutung der Kommunikation für Wirtschaft und Gesellschaft* (VSWG. Beihefte 87), Stuttgart 1989, 145. Zur Beteiligung des NvK an den Verhandlungen mit den Hussiten s.o. Nr. 164-166. Zur Person s. auch Šmabel, *Hussitische Revolution III* 2244 s.v.

⁴⁾ Der Böhmenbrief des NvK vom 27. Juni 1452, den Dürsmid nach Böhmen brachte; s.o. Nr. 2664.

⁵⁾ Giuliano Cesarini († 1444), von 1431 bis 1438 Präsident des Basler Konzils; zu ihm G. Christianson, *Cesarini, the Conciliar Cardinal. The Basel years 1431-1438* (*Kirchengeschichtliche Quellen und Studien* 10), St. Ottilien 1979; AC I 4, 1718 s.v. Der gleiche Verweis auf Cesarini und Palomar findet sich im zweiten Böhmenbrief (s.u. Nr. 2813), ed. Izbickei, *Writings on Church Reform* 376.

⁶⁾ Juan Palomar, Rotaauditor und 1431-1438 Mitglied des Basler Konzils, als Redner und Gesandter vielfach an den Verhandlungen mit den Hussiten beteiligt; vgl. J. Helmuth, *Das Basler Konzil 1431-1449. Forschungsstand und Probleme* (*Kölner historische Abhandlungen* 32), Köln 1987, 645 s.v.; AC I 4, 1712 s.v.; C. Kleinert, *Philibert de Montjeu (ca. 1374-1439). Ein Bischof im Zeitalter der Reformkonzilien und des Hundertjährigen Krieges* (Beihefte der Francia 59), Stuttgart 2003, s.v.

⁷⁾ Zu den Iglauer Kompaktaten (1436 VII 5) s.o. Nr. 2582 Anm. 1.